



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 148. Alexander Medicæus Cardinalis in Papam electus, ac Leo XI. dictus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67204)

samæ Cardinali, præpotens Montalti-
na factio sese opponebat: Baronium, A. C. 1605.
Sæc. XVII.
forte in Hispanorum odium, exclude-
bant Cardinales natione ac studio Galli:
Postquam vero per eos dies idem suum
Annalium Ecclesiasticorum undecimum
vulgaverat volumen, atque in eo ad-
versus Philippi Hispani Regis supremam
in Siciliæ Regno auctoritatem, quam
Monarchiam appellant, acrius pugnave-
rat, eandemque suspectis niti testimoniis scripserat, mox Hispani etiam hanc
ob caussam omne impendebant studium,
ut Virum hunc celebratissimum a thia-
ra Pontificia excluderent.

§. CXLVIII.

*Alexander Medicæus Cardinalis in
Papam electus, ac Leo XI. dictus.*

Igitur Baronio omni spe dejecto, ac
Bellarmino paucis admodum suffra-
giis suffulto, omne studium in solum
Alexandrum Medicæum convertitur,
incassum reclamente Francisco Avila
Cardinale Hispaniarum Protectore;
prævaluit enim Petrus Aldobrandinus,
& Franciscus Joyosa Gallus, qui tot
sibi devinctos numerabant, quot ad
quemvis alium a Solio arcendum suf-
ficerent: quocirca die prima Aprilis
Cardinales Apostolorum cœtum refe-
rentes

Oo 4

rentes

Sæc. XVII. rentes Alexandrum Medicæum septu-
A. C. 1605. genarium plurimorum suffragiis ex-
 titum eo electionis genere, quod ~~ad~~
Andr. Mau- rationem vocant, ad Apostolicæ Sæ-
roc. lib. x6. apicem evexerunt, non sine ingenti-
 nium Principum lætitia, qui sibi ob-
 minis sui famam nil nisi magnan-
 atque excelsa policebantur. Hic is
 lecto Leonis XI. nomine die sequentia
 Divi Petri Basilicam delatus, iterum
 pro more a Cardinalibus in homini
 testimonium oscalo honorabatur, de
 vero ipso Dominicæ Resurrectionis
 Thiara a Francisco Sfortia coronatus,
 sub festivis populi acclamationibus, cui
 etis bene precabatur: Jam olim ha-
 dignitatem fausto omni eidem O-
 mens VIII. vaticinabatur, quam ma-
 torum suffragio obtentam mox Ve-
 neo-electo Papæ solemini legatione gru-
 tulati sunt, pari eum quoque hono-
 vene abatur Marchio Villena Regis Ce-
 tholici Orator, cui ad pedis osculum
 admisso Leo hæc dixerat: *Regi tuo for-
 bas velim, quod majorem me hac in Cathedra
 non conspicerit amicum, nec confundit*
 Ceterum nova Pontificatus auspicia on-
 nino præclara, & augusta; Tria quippe
 sibi in supremo hoc munere promove-
 da, proposuisse affirmabat, scilicet, ho-
 norem erga Deum, in Pontificatu M-
 jestatem, in cunctos liberalitatem;

Cardi-

Cardinales quoque omnes singulari ac Sæc. XVII.
vere paterna complectebatur benevo- A. C. 1605.
lentia, eos tamen enixe rogabat, ne
unquam, quod suam conscientiam gra-
varet, ab eo peterent, de cetero se
nihil, quod Deo placeret, ipsis peten-
tibus denegaturum pollicebatur. Præ-
terea cunctos, a suis Prædecessoribus
provisos in suis Officiis, atque Orato-
res in suis Legationibus confirmabat:
Arigonum Cardinalem Datariæ, ut
vocant, Capponium vero Pontificio æ-
rario præfecit, subjectas quoque Pro-
vincias, quantum poterat, vectigalibus
a Clemente VIII. ad alendos milites im-
politis exonerabat, id petente Anto-
nio Maria Gallo, quem eo ex nomine
lau abat, quod pro prima gratia non
privatum ab eo postulasset Beneficium.
Porro plurimis aliis prorsus egregie ge-
ftis spem de se conceptam, quæ suis
meritis adhuc inferior erat, opere
compleverat.

§. CXLIX.

Gesta hujus Pontificis ante illius electionem.

Hic idem Pontifex ex Medicæa Fa- Ciacon. l.c.
milia, ex qua intra unius sæculi Abregé de
spatium tres ad summum Pontificatum l'hist. Eccles.
eyecti floruere, anno Christi millesimo tom. 10.

Oo 5

quin-